

mundi finem iamiam de rerum fine²⁵ et libri huius revelatione^v colligimus.
 125 Sicut enim, que in quinque etatibus gesta sunt, non^w nisi^w in fine etatis
 quinte, aperiente Christo domino, quod essent spiritualia, claruerunt, ita
 que liber apocalipsis^x de temporibus ecclesiasticis continebat, in fine aper-
 tionis quinte rationabiliter aperi^y donantur. Ceterum quod de septem
 130 temporibus diximus, que a Iacob patriarcha inchoata sunt, altero^z colligi-
 tur intellectu, ut duo miro quodam^a modo testimonia^b et^c diversis profe-
 rantur exitibus^d et in uno convenient intellectu. Quod michi quidem pro-
 mere laboriosum est, sed utinam^e non magis auditori obscurum. Quocirca^f
 onerosum^g non sit, si moram in fundamento patiamur, ne^h – si non patia-
 mur – domus superposita ruat.

135 Si ad nucis dulcedinem pervenire volumus, primo necesse est, ut exterior
 amoveatur cortex, secundo testa, et ita tertio loco perveniaturⁱ ad nuc-
 leum. Sic et misterium, de quo nunc agimus, duplici miro modo ac si lane
 linique tegitur indumento. Tertio vero loco manet ut vivens caro, quod
 queritur. Amovenda^k est ergo tunica, ut appareat linea, amovenda est li-
 140 nea, ut appareat caro^k. Aperiatur monumentum, ut appareant linteamina
 Christi²⁶; discutiantur linteamina, ut inde vivus^l exeat Christus. Aperitur^m
 utique monumentum, cum generale hoc misterium, quod totum intraⁿ
 continetur^o, aperiatur. Discussuntur linteamina, cum ad secundum genus
 145 misterii, quod in^p signaculis continetur, venit. Christus autem, qui veri-
 tas est^q, spiritualementem intelligentiam designat.

De prima igitur^r generali serie temporum primo videndum est, que in
 quinque et septem partibus distinctionem^s admittit, hoc est in etatibus
 quinque^t, ab Adam scilicet usque ad Christum, et^u in septem etatulis, que
 de sexte^v etatis partibus colliguntur. Magnum est hoc misterium, et fidele
 150 ac veridicum sacramentum. Fodiamus hic in altum, ut solidum suscipiat^w
 fundamentum. Licet enim quinque etates ab Adam usque ad Christum pre-
 terisse non sit dubium, licet etatem sextam^x fore etatulis^y partiendam et^z

v) relatione E. w) ubi B. x) *fehlt* E. y) *fehlt* B. z) alto D. a) quedam D. b) testamenta D. c) cum E? d) etatibus ACD. e) ut B. f) et idcirco D. g) annosum B. h) ut ABCDE. i) pervenitur D. k–k) *fehlt* D. l) *fehlt* D. m) aperiatur AD. n) infra A; ita B. o) continet D. p) *folgt* septem D. q) *fehlt* B. r) *folgt* et BDE. s) distinctiones D. t) *fehlt* C. u) *fehlt* AC. v) secte B. w) incipat D. x) sex A. y) *folgt* duabus AC. z) *fehlt* ACD.

²⁵) de rerum fine: ex historiis ecclesiasticis, vgl. oben Z. 78–81 und *Enchiridion*, f. 37^v (ed. Burger 1245–1264).

²⁶) vgl. *Luc.* 24,12; *Iob.* 20,5ff.